Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

.ii. Qui peccatum ñ fecit nec dolus inuentus est inuentus in ore eius. Qui cum maledicere tur ñ maledicebat cum pateretur ñ comminabat tradebat autem iudicanti se iniuste. .iii. Qui peccata nra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iustitiae eius viuamus cui liuore sanati estis. Erratis enim sicut oues errantes sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. Fra. iiii. Ri.

Mulieres subditae sint uiris suis ut et siqui ñ credunt uerbo per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant considerantes in timore castam conuersationem harum quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti uestimentique cultus sed qui absconditus cordis homo in corruptibilitate quieti et modesti spiritus qui est in conspectu dei locuples. .ii. Sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes deo ornabant se subiectae propriis uiris sicut sara obediebat abrahae dominum eum uocans cuius uos filiae estis bene facientes & non timentes ullam perturbationem. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam infirmiori uasculo muliebri impertientes honorem tanquam & coheredibus gratiae uitae ut non impediantur orationes uestrae. .iii. In fide autem omnes unanimes in oratione estote fraternitatis amatores. compatientes modesti misericordes. humiles non reddentes malum pro malo. uel maledictum pro maledicto. sed econtrario benedicentes quia in hoc uocati estis ut benedictionem hereditate possideatis.

De Martiribus In Paschali tempore ad. v.

Ri. Preciosa in conspectu domini Hev. a. Filiae ierusalem uenite & uidete martyres cum corona qua coronauit eum dominus in die sollempnitatis & letitiae aevia aevia.

Antiphona. Regem martyrum Invitat. dominum uenite adoremus aevia.

.a. Sancti tui domine sicut palma In. i. n. florebunt aevia aevia.

Preciosa in conspectu domini aevia mors sanctorum eius aevia. v. In conspectu omnis populi eius in atriis tuis ierusalem. Mors.

Ri. Tristitia uestra aevia conuertetur in gaudium aevia aevia. v. Gaudebit uos autem contristabimini sed tristitia uestra conuertetur. Ri. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine et eternitas temporum aevia aevia. v. Iusti autem in perpetuum uiuent et apud dominum est merces eorum. Et eternitas. Ri. Letamini in domino & exultate iusti aevia aevia. v. Et gloriamini omnes recti corde alla alla.

Halbis. In diademate. In. ii. n. a. Vere letitiae in tabernaculis iustorum aevia aevia. Ri. Vidi ciuitatem ierusalem ornatam & compositam de orationibus sanctorum & ibi cantant martyres sancti canticum